DISPVTATIO FEVDALIS,
DE
TRIPLICI
DOMESTICITATIS,
SVBIECTIONIS,
ET
VASALLAGII FIDELITATE,
EIVSDEMQVE IVRAMENTO,

QVAM

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN ACADEMIA WITTEBERGENSI

PRAESIDE

DN. GOTTFRIDO REVTERO,
V. I. D. IVRIDICAE IBIDEM FACVLTATIS
ASSESSORE,

PVBLICE DEFENDIT

GOTTFRIDVS ERHARDI,
COSWIGA-ANHALTINVS,

AD DIEM I. SEPTEMBR. HOR. POST VI. MATVT.

IENAE,
REC. IN OFFICINA HELLERIANA, 1741.

Digitized by Google

I. N. D. N. I. C.

Ad omnia conſilia, omnesque actus ſemper recte progredimur *l. 2. in princ. C. de off. præf. præt. Afr.*

PROOEMIVM.

C*um fides ſive fidelitas ſit de feudi ſubſtantia.* Vultej. d. feud. lib. 1. c. 6. n. 8. Bocer. tract. d. ſubſt. feud. c. 1. n. 5. *ſive forma ſpecifica.* Weſ. d. feud. c. 8. n. 19. & in fin. *adeo ut ſine ea feudum ſubſiſtere nequeat.* C. un. in fin. per qu. fiat inv. 3. F. 2. *Operæ pretium nos facturos arbitramur, ſi diſputatione iſta*, de inveſtitura, ejusque renovatione *ante habita, in hanc ipſam quoque materiam, aliquanto presſius inquiramus.*

THESIS I.

Triplex vero a FF. communiter ſtatuitur Fidelitas, totidemque ejusdem juramenta. Una ut plurimum familiaritatis, ſive officii, & ſecundum *Nobiliſſ. JC. Dn. Andr. Knich. d. ſubam. & reg. terr. jur. c. 3. n. 240. Matth. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 2. c. 7. n. 240.* conditionis: Altera ſubjectionis; Et tertia Feudalitia *Bocer. d. tr. d. ſubſt. feud. c. 1. n. 11.* ſive Vaſallagii, & Clientelaris vocatur *text. expreſſus in c. un. qual. jur. deb. vaſ. fid. 5. F. 2. & ibi FF. comm. Jacobin. d. S. Georg. in cynoſ. jur. feud. verb. qui quidem inveſtiti. n. 1. & ſqq. Schneid. in epit. feud. p. 5. c. 1. num. 63. Vultej. d. c. 6. num. 7.* De quibus impraeſentiarum pro ratione inſtituti, brevibus ordine aliquid dicendum.

II. Prima fidelitatis ſpecies eſt, quam Domeſtici, h. e. Familiares principum, & conſiliarii atque miniſtri, ratione & intuitu ſolius officii ſive miniſterii, licet nulla à Dominis feuda recognoſcant, neque ulla bona allodialia ſub iisdem poſſideant, praeſtare & iurare coguntur, quales ſunt Cancellarii, Conſiliarii, Dapiferi, aliique de familia; unde & Domeſticitatis ſive Familiaritatis juramentum, vulgo Raths- oder Dienſt-Pflicht vocatur *Jac. de S. Georg. d. loc. n. 3. Schneid. d. loc. n. 63. Vult. d. c. 6. n. 6. Roſenth. in ſyn. feud. c. 6. concl. 85. n. 11. lit. N.*

III. Ubi ſtatim in quæſtionem venit; Anne Officialis, qui per aliquot annos publico praefuit officio, &

adhuc

adhuc praeeſt, ſi propter aduerſam valetudinem, puta furorem ſive dementiam, vel aliam ſonticam cauſam, officium adminiſtrare impediatur, nihilominus ſalarium integri iſtius anni, quo in hoc malum inciderit, petere poſſit? Affirm. Opinionem, tanquam juris rationi magis conſentaneam, ſequimur *arg. l. 1. §. Divus. 13. ff. d. var. & extraord. cognit. l. qui operas. 38. ff. locat. l. 4. ff. d. off. aſſeſſ. l. pen. & ult. C. d. cond. ob cauſ. l. 15. §. 1. C. d. advoc. div. judic.* cum hoc caſu ſimilis habeatur, ac ſi ſanus permanſiſſet *arg. l. 4. C. d. dom. & protect. l. 4. §. 5. verſ. ſed etſi quibusdam. ff. d. ſtatu lib.*

IV. Sed an praedictas ob cauſas in totum ab officio quis ſit removendus, quæritur? Neg. arridet ſententia *per text. in l. judex datus. 46. ff. d. judic. l. 8. §. 1. ff. d. tut. & cur. dat. ab h. l. qui furere. 20. ff. d. ſtat. hom.*

V. Ulterius hic inquirere lubet: An iſtius anni, quo poſt laborem ſuſceptum ante completum annum deceſſit officialis, cui annua ſalaria conſtituta fuerunt, integrum ſalarium ad heredes vel ſucceſſores transmittatur? Id quod affirmandum cenſemus *per l. ſi quis in ſacris. 11. in fin. C. d. prox. ſacr. ſcrin. l. matriculam. 3. C. d. agentib. in reb. l. 1. C. d. primipil. Geil. lib. 1. obſ. 44. num. 12. Mynſing. 3. obſerv. 8. Hackelmann. diſput. pand. 4. th. 10. lit. C. & D. vid. Rauchb. libr. 1. qq. jur. civ. & Saxon. q. 25.*

VI. Quid? ſi vaſallus, qui Domino ratione feudi vel ſubjectionis, praeſtitit juramentum fidelitatis clientelaris, poſtea vero recipiatur à Domino in familiarem & domeſticum, an juramentum aſſecurationis, quod officii eſt, praeſtare teneatur? Licet uno eodemque juramento utrumque expediri poſſe videatur, *arg. d. c. un. qual. jur. deb. vaſ. 5. F. 2. l. accipientis. 15. ff. d. aut. tut.* ratio tamen &

uſus ſvadet, ut, niſi forte ei remittatur, etiam hoc juramentum ſeparatim praeſtetur *Jac. d. S. Georg. d. loc. num. 6. Schneid. d. p. 5. c. 1. num. 66. Vult. lib. 1. c. 6. n. 7.* Id quod utilitate ſua non caret, ut eleganter deducit *Frid. Fur. in ide. conſil. cap. 4. p. m. 116.*

VII. Atque hoc domeſticitatis juramentum juſtiſſima de cauſa receptum & introductum eſt, ad evitandam ſcilicet ſuſpicionem, fraudem & machinationem contra Dominum *Gl. & Dd. in d. c. un. qual. jur. deb. vaſ. 5. F. 2.* cum juxta *Gl. in l. in pr. verb. domeſticis. ff. ad SC. Syllan.* peſſimus nocendi artifex ſit improbus domeſticus, nullaque peſtis ad nocendum vel magis præſentanea, vel efficacior, quam familiaris & domeſticus inimicus *Gl. in c. ſi inimicus. diſt. 93. fac. l. data jam pridem. 27. C. d. donat. Alvarot. & Schenck Bar. in d. c. un. qual. jur. deb. vaſ. num. 4. Matth. Steph. d. jurisd. libr. 2. p. 1. c. 7. num. 241.*

IIX. Hinc & hoc domeſticitatis juramentum ab omnibus omnino perſonis, quæ ſunt in officio & familia principum, tam extra, quam in domo & aula eorundem commorantibus, & quidem ſtatim ab initio, & quamprimum inter familiares recipiuntur, jure exigi poteſt *Vult. d. feud. lib. 1. c. 6. n. 6. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 240.*

IX. Ubi in quæſtionem venit: An privatorum quoque famuli & miniſtri, ad fidelitatis hujus ſive domeſticitatis juramentum præſtandum æque cogi poſſint? Et cum hi Dominis ſuis æque fideles eſſe debeant, & occaſione familiaritatis non minus dominis ſuis nocere poſſint, cum *Matth. Steph. d. c. 7. n. 240. Schenck. d. loc. n. 5. Roſenth. d. c. 6. concl. 85. lit. N. in fin.* affirm. ſententiam ſequimur.

X. Excipiuntur tamen aliqui, in quos fraudis nulla

cadit

cadit ſuſpicio, quique ſua ſponte commodum promoue-re, vitamque & honorem dominorum ultro defendere praeſumuntur *arg. l. 6. §. 2. de jur. patron. Everb. in loc. à ceſſat. rat. 80. Schneid. d. p. 5. n. 64.*

XI. Sic filius patri, cum pater & filius una eademque intelligantur perſona, & vice verſa, pater filio, quem diligit plus ac ſemetipſum, jurare excipitur *c. contradicimus. §. hac auctoritate. can. 35. q. 3. l. fin. C. d. impub. & al. ſubſt. §. fin. Inſtit. d. nox. act. §. ſi quis. 4. verſ. ei vero. Inſt. d. inutil. ſtipul. l. 8. §. fin. ff. quod met. cauſ. Alvar. in d. c. un. qual. jur. deb. Schneid. d. p. 5. n. 64. Roſentb. d. concl. 85. lit. N.*

XII. Sic & uxor marito, quæ ſocia rei humanæ atque divinæ domus, ut loquitur Imp. Gordianus *in l. 4. C. crim. expil. her.* ſuſcipitur, jurare non tenetur *Schneid. loc. n. 64. Intrigliol. quæſt. feud. 56. n. 207. & ſeq. Roſentb. loc.* cum & alias una caro reputentur *c. Martinus 4. de conat ſpirit.*

XIII. Quod ſi vero ſuſpicionis periculum in prædictas perſonas cadere animadvertatur, æque atque alii rabunt *Jacobin. d. S. Georg. & Schneid. dd. loc. Mozz. tract. ſubſt. feud. n. 11.*

XIV. Sed quid de Clericis ſtatuendum; An & illi, ita concionatores aulici, hoc juramentum præſtare te-antur? Eadem immunitate, quatenus ſolis ſacris ob-ndis præſint, eos gaudere, Cc. exiſtimant *per c. nimis. 30. etitio. 31. X. de jurej.* Et tamen nihilominus æque atque i, ad obſervantiam eorum, quæ in juramento domeſti-itis continentur, obſtrictos eſſe, merito aſſeritur *Intri-l. d. quæſt. 56. n. 218. arg. conſtit. d. pac. Conſt. §. Vaſalli, ibi, iles perſonæ.*

XV. Cum itaque hoc fidelitatis juramentum rati-

one

one domeſticitatis ſeu familiæ, ut dominus eo ſecurior eſſe poſſit, ad inventum & introductum ſit, haud perperam quæritur: Num & Agnatus Domini, ſi in domo ejus, tanquam futurus ſucceſſor, commoretur, nec tamen officium aliquod ſuſtineat, aut alia bona ſub ejusdem jurisdictione, ſita habeat, recte ad hujusmodi juramenti præſtationem cogi poſſit? Idque ut affirmemus, ratio ſvadet *arg. l. 1. & 2. C. ubi pupill. educ. deb. juncta l. pronunciatio. 195. §. 2. verſ. communi. ff. d. V. S. SchenckB. & alii ad d. c. un. qual. jur. deb. vaſ. fid. 5. F. 2. Jac. d. S. Georg. d. loc. n. 5. in fin. Roſentb. d. c. 6. concl. 85. n. 13. lit. P.* Atque hæc de juramento Domeſticitatis ſive officii.

XVI. Altera Fidelitatis ſpecies dicitur Subjectionis, alias pragmaticis *Hemagium c. veritatis. 14. ext. d. jurejur.* vel etiam antiquis Hominum, aut ſecundum *Iv. Carnotenſ. Hominatum, Setſer d. Juram. lib. 2. c. 2. n. 5. Bocer. d. inveſt. feud. c. 4. n. 5.* vulgo die Huldigung oder Erb- und Landes-Huldigungs-Pflicht/ dicitur, *CL. JC. Domin. Andr. Knicb. d. ſublim. & reg. terr. jur. c. 3. n. 240. & in comment. ad jus Sax. verb. Ducum Saxon. c. 5. f. 168. & d. veſtit. pact. c. 5. n. 71. Mattb. Stepb. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 209. Roſentb. d. c. 6. concl. 85. n. 4. Borcb. d feud. c. 2. n. 16. Vult. lib. 1. d. feud. c. 6. n. 6. Schneid. in epit. feud. p. 5. c. 1. num. 67. & ſeqq.*

XVII. Atque hanc fidelitatem ſubditi magiſtratui ſuo jurant & promittunt, ſe ratione ſubjectionis fore fideles & obedientes Domino ſive magiſtratui ſuo, getreu und gehorſam zu ſeyn/ wie ehrlichen und aufrichtigen Unterthanen geziemt und gebühret/ *Roſentb. d. c. 6. concl. 85. n. 7. in fin. Geil. d. arreſt. c. 7. n. 10. & ſeqq.*

XIIX. Id quod juſtiſſima & æquiſſima de cauſa introdu-

troductum eſt, ne ſubditi ſeditione vel conſpiratione, aliisve improbis machinationibus publicam turbent quietem, neve Domini conditionem reddant deteriorem *SchenckBaro ad d. c. un. qual. jur. deb. vaſ. fid. 5. F. 2. n. 8.*

XIX. Atque hoc juramentum ſubditi magiſtratui ſuo, tam mediato ſive ſuperiori, quam immediato ſive inferiori, ratione & intuitu univerſalis territorii & ſubjectionis *d. c. un. qual. jur. deb. 5. F. 2. Ruding. de feud. lib. 1. c. 14. n. 1.* quæ non ex bonis, ſed ex ſola habitatione & domicilio æſtimatur, *Geil. d. pignor. c. 15. n. 7.* in teſſeram veræ ſubjectionis, & ſingularis præeminentiæ ſymbolum & inſigne, recte jurant. *Cl. Dn. Andr. Knich. d. c. 3. num. 245. Matth. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 209. & ſeq.*

XX. Hinc ſi quis bona in principis alicujus territorio poſſideat, ipſemet vero in eodem territorio domicilium ſuum non habeat, an ad præſtationem hujus juramenti cogi poſſit, quæritur? Idque negandum cenſemus cum *Vult. d. n. 5. Schneid. d. p. 5. num. 68. in fin.* qui hanc ſententiam communem, & conſvetudine approbatam aſſerit; quemadmodum & *Jac. d. S. G. in verb. qui quidem inveſtiti. n. 9.* ſe conſulente ita judicatum fuiſſe refert *Rosenth. c. 6. concl. 85. n. 8. Coler. d. proceſſ. exec. p. 2. c. 1. n. 37. & ſeqq.*

XXI. Quod ſi tamen quis jure & commodis civium ibi fruatur, **Bürger würde / brauen und bürgerliche Nahrung triebe /** majoremque partem bonorum ibi habeat, aut uſu ſive conſvetudine ita receptum inveniatur, tum æque ad præſtandum hoc juramentum cogi poſſe, ſtatuunt interpretes *arg. l. 2. C. ubi ſenat. vel clariſſ. Schenck. ad d. c. un. qual. jur. deb. vaſ. num. 7. vid. Zanger. d. except. 2. cap. 1. à num. 25. cum ſeqq. & Coler. alleg. loc.*

XXII. Placet hic illuſtrem & intricatam iſtam quoque annectere quæſtionem: An ſcilicet Imp. ſive Princeps bona ſubditis invitis, absque juſta cauſa, ex plenitudine, ut ajunt, poteſtatis, auferre, aliisque in feudum concedere poſſit? Qui principem ex plenitudine poteſtatis id facere poſſe negant, per gulam mentiri, aſſerit *Angel. Peruſ. l. item ſi verberatum. 15. ff. d. R. V.* Sed Angelum ibi loqui non ut Angelum, ſed ut hominem mendacem, reſpondet *Crav. conſ. 241. n. 20.* referente *Joh. Zabel. in inſtit. feud. exerc. 3. th. 6. lit. A. circa fin.* Quibus noſtrum quoque addere calculum non erubeſcimus propter *text. 3. Reg. XXI. & 4. Reg. IX. Ezech. XLVI. verſ. 18. c. un. in pr. 7. F. 1. c. un. in pr. d. feud. ſin. culp. non am. 21. & c. un. §. ſancimus. quo temp. mil. 22. eod. l. incivile. 12. C. d. R. V. l. 3. C. de reſcind. vend. l. digna vox. 4. C. d. LL. l. 7. C. d. prec. Imp. offer. Geil. lib. 2. obſ. 56. num. 8. & ſeq. c. ult. cau. 2. q. 1.*

XXIII. Excipitur tamen hic caſus utilitatis & neceſſitatis publicæ *c. imperialem in pr. d. probib. feud. al. per Frid. 55. F. 2. l. utilitas. 3. C. d. primipil. l. 51. §. fin. verſ. multa. ff. ad L. Aquil.* quo caſu nihilominus pretium refundi debet. *l. 13. §. 1. ff. comm. præd. l. 2. C. pro quib. cauſ. ſerv. pro præm. Zabel. d. loc. Niel. diſp. feud. 2. th. 3. lit. D. Bocer. d. inveſt. c. 3. n. 75.*

XXIV. At vero hoc ſubjectionis juramentum ab omnibus omnino perſonis, quæ jurisdictioni magiſtratus ſubſunt, adeoque & Clericis, licet Pontifices ab hoc juramento per *c. nimis. 30. & ſeq.* eos immunes eſſe voluerint, ab anno ætatis XIIX. *conſt. Frid. d. pac. ten. in princ. 53. F. 2. & conſt. d. pac. Conſtant. §. hanc igitur verſ. in Chriſti nomine. Roman. XIII. in pr.* & quidem in perſona propria, ita ut procurator ſive mandatarius non admittatur, præſtari

debet

debet *Cl. JC. Dn. Andr. Knicb. d. ſubl. & reg. terr. jur. c. 3. n. 147. Zaſ. d. feud. p. 7. n. 21. Bl. in l. 1. §. ne autem. C. d. caduc. toll. Geil. d. arr. c. 7. n. 11. & ſeq. Vult. lib. 1. d. feud. c. 7. n. 32.* niſi forte Dominus conſentiat, vel conſvetudo regionum aliud exigat *Roſentb. c. 6. concl. 37. lit. E.*

XXV. Et pertinet magis ad jurisdictionem civilem, quam ad merum & mixtum imperium: Unde & ſi in eodem pago, vico aut urbe, alter merum & mixtum imperium **die Ober- und Hals-Gerichte**, alter vero jurisdictionem civilem **die Unter- und Erb-Gerichte** haberet: hoc ſubjectionis juramentum ei, ad quem jurisdictio civilis ſpectat, præſtandum *Roſentb. in ſyn. feud. d. c. 6. concl. 85. n. 10.*

XXVI. Formulam juramenti tam ſubjectionis quam domeſticitatis Feudiſta *in d. c. un. qual. jur. deb. vaſ. fid. 5. F. 2. in fin.* & exemplum juramenti ſubjectionis ex *Otto. Frinſing. in libr. de Friderico c. 19.* refert *Franc. Hottom. in d. c. un. qual. jur. deb.* Hodie ſubditi magiſtratui ſuo in hanc circiter formulam jurare ſolent: **Daß ſie ihrem Erb- und Landes-Fürſten, und Dero Erben und Nachkommen, getreu, hold und GEHORSAM zu ſeyn, Dero Schaden zu wenden und zu warnen, Nutzen, Frommen und Beſtes zu werben, und zu fördern, und alles dasjenige zu thun, was getreue Unterthanen ihrem Erb- und Landes-Fürſten zu thun ſchuldig ſeyn,** *Geil. d. arreſt. imper. c. 7. n. 10. Roſentb. d. c. 6. concl. 85. n. 7. in fin.* Et tantum quoque de juramento ſubjectionis.

XXVII. Succedit tertia Fidelitatis ſpecies VASALLAGII ſive CLIENTELARIS, Noſtratibus, **die Lehns-Pflicht,** *Cl. Dn. Knicb. d. tract. c. 3. num. 240.*

 Scbneid.

Schneid. in epit. feud. p. 5. n. 63. Vult. lib. 1. c. 6. n. 7. Unde etiam Vaſalli καт᾽ ἐξοχὴν dicuntur Fideles *tit. 1. §. 1. & tit. 4. §. 5. tit. 5. §. item ſi fidelis tit. 10. F. 1. Bocer. d. ſubſt. feud. c. 1. n. 8.* Germanis **Getreue**/ unde & feudum ſemper ſub conditione iſta fidei conceſſum eſſe intelligitur, **daß der Lehnmann dem Lehnherrn getreu und hold ſey**, *Vult. d. c. 6. num. 8. Gothofr. Ant. diſp. feud. 7. th. 1. lit. D. Johann. Zabel exerc. feud. 7. th. 1. lit. B.*

XXVIII. Quæ in ſe conſiderata nihil aliud eſt, quam juris vinculum, quo ratione feudi conſtituti, ultro citroque, Dominus vaſallo patrocinii *c. 1. d. form. fidel. 6. F. 2.* & iterum vaſallus Domino ſervitii jure tenetur. *c. 1. §. fin. per. qu fiat inv. 3. F. 2. c. 1. §. fin. in quib. cauſ. feud. am. 23. F. eod. Gothofred. Ant. diſp. 7. th. 1. lit. C. & th. 2. lit. a. b. c. & theſ. 10.*

XXIX. Reſpectu vero ſolius vaſalli, de quo nob. hic ſermo, dicitur promiſſio fidei, quam vaſallus Domino, ratione feudi, ſive juris in re immobili conſtituti *tit. 1. in fin. & tit. 23. in fin. F. 2.* quod tenet & recognoſcit à Domino, facit & præſtat. *Vult. d. c. 6. n. 7. Schneid. in epit. feud. p. 5. c. 1. n. 63. Jac. d. S. G. verb. qui quidem inveſt. n. 1. Zabel. exerc. feud. 7. th. 2.*

XXX. Quæ fidelitas, tanquam ipſa eſſentia, & feudi forma ſpecifica, nec directe, nec indirecte, ſalvo jure feudi, remitti poteſt. *c. 1. §. fin. per qu. fiat inv. 3. c. 1. qual. jur. deb. vaſ. fidel. cum 2. ſeqq. c. 1. §. 1. in fin. qu. fu. prim. cauſ. benef. am. 24. c. 1. d. fidel. l. 76. F. 2. l. 27. §. 4. ff. d. pact. Bocer. d. ſubſt. feud. c. 1. n. 13. & d. qual. & diff. feud. c. 1. n. 3. Roſenthal. in ſyn. feud. c. 2. concl. 66. n. 3. & c. 10. concl. 34. num. 60. Sonsbec. d. feud. p. 2. n. 34. Vult. d. c. 6. n. 10. & c. 7. num. 55. verſ. ex quibus.*

XXXI. Atque hanc fidelitatem vaſallus aliquando ſimpliciter, & ſine juramento, aliquando vero, & plerumque quidem interveniente & mediante juramento, facit & præſtat *c. un. in fin. per qu. fiat inv. 3. F. 2. c. un. §. 1. qu. prim. cauſ. ben. am. 24. eod. Weſenb. d. feud. c. 8. num. 28.* Inde & non immerito in juratam & non juratam diſpe-titur. *Schoner. lib. 1. diſp. feud. 5. th. 160. Bocer. d. inv. feud. 4. num.* 11.

XXXII. Utraque tam jurata, quam iniurata, Domini vitam, famam & bona comprehendit atque comectitur *c. un. qual. jur. deb. vaſ fid. 5. F. 2. c. un. d. nov. form. fidel. 7. F. eod. Schoner. d. diſp. 5. th.* 161.

XXXIII. Hujus poſterioris fidelitatis vaſallus, alias r *Non-Sacramentum* dictus *c. un. in fin. qual Dom. propr. feud. priv. 47. F. 2. Bocer. d. c. 4. n. 19.* nihilominus ad ipſam fidelitatem, & omnia, quæ fidelitatis juramento continentur, aſtringitur, non minus ac ſi ſolenniter eam juraſset *c. veritatis. in fin. X. d. jurejur. FF. in c. un. qu. fu. prim. cauſ ben. am. 24. F. 2. Zaſ. d. feud. p. 11. num. 34. Roſenth. c. concl. 60. num. 2. & concl. 66. num. 1. Schrad. p. 2. cap. 4. n. Intrigl. quæſt. feud. 42. num. 6.* Non tamen ejusmodi vaſallus ſi forſan feloniam commiſerit, ultra feudi privationem, etiam perjurii pœna, ut *Schoner. diſp. 5. th. 162.* contra ſtatuit, conſtringi poterit *per text. in c. clericus. pen. de jurej. Schrad. p. 6. cap. 4. num.* 14.

XXXIV. Sane ut vaſalli omnino omnes, absque ullo diſcrimine, fidelitatem debent, ita & ejus confirmandæ & magis aſtringendæ cauſa, ad juramenti præſtationem regulariter tenentur, niſi forte eis remittatur *c. 1. in fin. per. qu. fiat inv. 3. F. 2. c. 1. §. 1. in fin. qu. fu. prim. cauſ. ben. am. 24. c. un. d. fidelit. 76. F. eod.* aut contrarium conſuetu-

dine vel ſtatutis receptum & introductum deprehendatur *arg. l. 32. & l. 33. ff. d. LL. Jul. Clar. §. feudum. q. 47. num. 9. Boreh. d. feud. c. 7. p. 2. n. 64. Arum. diſp. feud. 6. th. 14.*

XXXV. Sed cum uterque tam Dominus quam vaſallus mutua obligatione ſibi invicem aſtringantur 6. *in fin. F. 2.* Unde & ille huic conjux & amicus dicitur *in fin. princ. tit. d. not. feud. 58. F. 2. Cl. Dn. Knicb. d. veſt. pact. c. 5. n. 152.* & tritum ſit: Treuer Herr / treuer Knecht / hinc eleganter quæritur: Anne ut vaſallus Domino, ita & viciſſim Dominus vaſallo, ejusmodi fidelitatis juramentum præſtare teneatur? Neg. ſent. veritati proprior putatur *arg. l. qui bona fide. 13. §. 14. ff. d. damn. infect. Weſenb. d. feud. c. 8. n. 25. Jac. d. S. G. d. verb. qui quidem. n. 16. Schrad. d. feud. p. 6. c. 7. n. 9. & ſeq. Vult. lib. 1. d. feud. c. 10. num. 37. SchenckB. ad §. dominus. tit. 6. F. 2. n. 2. Zaſ. p. 7. n. 57. Schneid. d. feud. p. 5. c. 1. n. 135. Matth. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 256. Intrigl. d. feud. q. 62. per tot. Gothofr. Ant. d. diſp. 7. th. 1. lit. D.*

XXXVI. Præſtatur hoc juramentum ab omnibus vaſallis, ſine diſcrimine tam ſexus, ſive ſint maſculi, ſive feminæ *d. c. 1. in fin. 3. c. un. 4. c. un. 5. F. 2. junct. l. 1. l. 195. in pr. ff. d. V. S. l. 7. §. 1. ff. d. jurisd. l. 62. in fin. ff. d. leg. 3. l. 26. in pr. ff. d. jurejur. l. 3. §. 1. ff. d. neg. geſt. Schrad. d. p. 6. c. 4. n. 8.* quam ætatis *d. l. 26. ff. d. jurej.* modo ſint puberes, & annum ætatis XIV. compleverint. *c. imperialem. verſ. præterea. ſi quis infeudatus. d. prob. feud. al. per Frid. 55. F. 2. c. 1. §. ſi minori. & §. ſi quis deceſſerit. ſi d. feud. def. cont. ſit. 26. eod. & utrobique SchenckB. Gothofr. Ant. diſp. feud. 8. th. 5. lit. E.* Jure Saxonico iſt der Kinder Jahrzahl dreyzehen Jahr und ſechs Wochen von ihrer Geburth / Lehn-R. *art. 26. in pr. & Gl.* im Weichb. *ad art. 26. Schneid. d. p. 3. num. 103.*

& p.

ſ part. 5. num. 29. & ad princ. Inſtitut. quib. mod. tut. fin. um. 4.

XXXVII. Sed an minor ætas, conſortem majorem xcuſet, hic inquirere placet? Neg. arridet ſententia *per un. C. ſi in commun. ead. cauſ. ubi Gothofr. l. 3. §. 4. l. tutor. 7. §. 1. ff. d. minor. Hillig. ad Donell. lib. 21. comm. c. ult. lit. Q. uar. ad d. l. un. C ſi in commun.* niſi cauſa & res ſit indiviua, & minori aliter conſuli nequeat, præterquam conrvato etiam majoris jure *Weſenb. in Par. ad d. l. un. C. ſi com. ead. cauſ.*

XXXVIII. Etiam absque diſcrimine tam dignitatis, que ſic nihil refert, ſive vaſallus ipſo Domino ſit ſuperor, ut puta Imp. vel Rex *c. un. Imper. feud. am. vel. al. pro fidel. fac. 100. F. 2. Sonsbec. d. feud. p. 7. n. 1. Zaſ. p. 5. n. 73. brad. d. 6. c. 4. n. 9. Niel. diſp. feud. 2. th. 6. lit. G.* quo caſu r ſubſtitutum fidelitatem jurat & præſtat *arg. l. 16. l. ad ſimilitudinem 21. C. d. Epiſcop. & Cler. l. nullus. 60. C. d. decur.* e inferior *d. c. un. Imper. feud. am.* quam ſtatus aut conionis, ſive ſint Clerici, ſive Laici *c. nimis. 30. c. petitio. 31. d. jurej. c. verum. X. d. for. compet.*

XXXIX. Tum etiam omnes absque ullo numerum diſcrimine, adeo ut nihil referat, ſive ſit univerſi-, civitas, collegium, aut quævis alia communio, & m juramentum hoc, per eum, per quem res alias agi expediri ſolent, puta per civitatis adminiſtratorem, ſyn-um, ſpeciale mandatum ad hoc habentem, præſtare entur *c. un. §. ſed utrum. in fin. 3. F. 2. arg. l. 97. ff. d. cond. dem. l. ſed ſi hac. 10. §. qui manumittitur. ff. d. in jus voc. l. in tum. 6. §. 1. ff. d. R. D. Jac. d. S. G. d. verb. qui quidem inveſt. 7. p. m. 367. Schneid. p. 5. n. 70. Vult. d. lib. 1. c. 7. num. 35. rad. p. 6. c. 3. n. 2. & c. 4. n. 24. Schoner. d. diſput. 5. th. 169.*

XL. Sive

XL. Sive etiam ſint demortui vaſalli plures cohæredes, feuda ſibi delata poſſidentes, *c.1.in pr. qu. fu. prim. cauſ. ben. am.* 24. *F.* 2. licet vaſallus defunctus pro ſe & heredibus ſuis fidelitatem Domino ſuo jurarit *Schrad. d.p.6. c.4.n.6. Vult. lib.1. d.feud.c.7.n.88. Schneid. d.p.5. n.71. Jac. d. S. G. d. verb. qui quid. inv. n.36. Bocer. d. inv. feud. c.4. n.26. Roſenth. c.6. concl.35. n.1.* ſive ſint plures vaſalli, ſimultaneè inveſtiti, ſpe tantum feuda tenentes, **welche zugleich die geſambte Hand an einem Lehn haben** / ut Saxo loquitur *conſt. Elect.* 45. §. **die geſambte Hand aber.** *5.p.3.* **Lehn-R.** *c.5. & 6. Weſenb. c.8. d. feud. n.22.*

XLI. Sed, an hi omnes & ſinguli, hoc fidelitatis juramentum præſtare debeant, frequens eſt & crebris Dd. opinionibus ventilatata quæſtio? Ita exiſtimamus, ſive pro diviſo ſive indiviſo poſſideant, *per text. in c.1. §. 4. verſ. omnes. ſi d. feud. def. cont. ſit. int. dom. 26. F. 2. c. imperialem. §. 1. verſ. præterea. d. prob. feud. al. per Frid. 55. eod.* Niſi forte in diviſione feudum uni obvenerit, tunc enim ille ſolus iurabit *d. verſ. omnes.* aut cohæredes ſive fratres conſortes. *Rittersb. lib.1. P. F. c.9. q.25.* unum ex ſe, vel prorſus extraneum elegerint, vulgo **einen Lehn-Träger** / qui ſpeciale mandatum ad hoc habens, communi omnium nomine iuret, FF. *comm. in d. verſ. omnes. Weſenb. c.8. n.9. Schneid. p.5. n.12. Vult. c.7. n.93. Sonsbec. p.11. n.14. Bocer. d. inv. c. 4. n.16.* IdqueGermaniæ conſvetudine receptum teſtantur *Udalr. Zaſ. p.7. n.11. Borch. d. feud. c.7. p.1. n.34. Mynſ. cent. 5. obſ. 9. n. ult.*

XLII. Sed præſtito ab omnibus atque ſingulis Heredibus, feudum pro indiviſo tenentibus, fidelitatis iuramento: An & quis poſt diviſionem factam pro ſua portione fidelitatem denuo iurare teneatur? Negantium ſenten-

entiam tutiorem & veriorem arbitramur *Clar. in* §. *feu-dum. q. 49. n. 12.*

XLIII. Quid? teneturne heres, ſui coheredis portionem emens, pro eadem etiam fidelitatem facere? dem ſtatuimus in parte, quoad partem *Zaſ. d. p. 7. num. 1. Jac. de S. G. verb. & cum pacto de non alienando. n. 40. Schneid. . 5. n. 8. & ſeq.* In aula Electorali Saxonica ſufficit, ſi quis ſub priori juramento fidelitatem ſtipulata manu, etam reſpectu ejus feudi, quod de novo acquiſivit, repronittat, *teſte Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 47. n. 13.*

XLIV. Tandem & omnes vaſalli, ſive univerſali, ive ſingulari titulo, feudum acquiſierint, jurare tenentur *cbrad. d. p. 6. c. 1. n. 5.*

XLV. Nihil quoque refert, magnum an parvum, rancum an Non-Francum ſit feudum, ſive etiam ſervi-ia, ſive annuus exinde præſtetur cenſus, *c. 1. §. ſi quis man-o. tit. 4. F. 1. c. un. §. eſt & alia. qu. fu. prim. cauſ. ben. am. 24. . un. qual. jur. deb. 5. cum 2. ſeqq F. 2. c. 1. §. ſimiliter. verſ. raterea. d. prob. feud. al. per. Frid. 55. eod. Schoner. d. diſp. . th. 171. Joan. Zabel. exerc. feud. 7. th. 2. lit. A.* niſi pacto emiſſum fuerit juramentum *3. in fin. F. 2. per qu. fiat inv. ult. lib. 1. d. feud. c. 7. n. 39.* qui hanc ſententiam in puncto ıris veriorem arbitratur, licet contrarium, quoad feu-um modicum, teſte eodem, uſu obſervetur.

XLVI. Quod ſi vero prædicti vaſalli juramentum ıujusmodi perſonaliter per ſemetipſos præſtare vel no-int, vel impediantur, per procuratorem, ſpeciale man-latum ad hoc habentem, & quidem tale, in quo verbis xprimatur nomen Domini, jurare poterunt *d. c. 1. §. ſed trum & ibi FF. per q. fiat inv. 3. F. 2. junct. clem. un. verſ. di-lus namque Henricus X. d. jurej. c. optatum. 4. in fin. diſt. 100.*

 arg.

arg. l. 14. §. fin. ff. d. conſt. pecun. l. qui bona fide. 13. §. ſi alieno. 13. ff. d. damn. inf. l. ſi quis mihi. 25. §. ſed utrum. 5. ff. d. acquir. hered. Quod ſi tamen Dominus iuſtas habeat cauſas, cur vaſallum præſentem eſſe velit, tum vaſallus comparere, & in propria perſona jurare tenetur *H. Piſtor. q. 47. num. 59. Vult. c. 7. n. 32. Matth. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 232. Niel. diſp. 7. th. 2. lit. C.* niſi vaſallus juſto impedimento, wegen rechtmäßiger Ehehafften / (quæ qualia ſint jure Sax. ut à contumacia excuſent, probat *Coler. d. proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 21.*) impeditus venire nequeat.; Tum enim etiam invito Domino procuratorem admittendum, aut negotium iſtud, donec impedimentum remotum ſit, ſine periculo vaſalli, & absque feudi jactura, differendum, æquitas ſvadet *Roſenth. c. 6. concl. 37. n. 3.*

XLVII. Cæterum præſtatur hoc fidelitatis Clientelaris juramentum ſoli feudi Domino. *c. 1. §. ult. per qu. fiat inv. 3. c. un qual. jur. deb. 5. c. 1. d. capp. Corr. 40. F. 2.* in tantum, ut ne quidem filio Domini, vivo adhuc ipſo Domino, fidelitatis juramentum præſtari debeat *Mozz. d. feud. ſubſt. n. 14. Schrad. d. feud. p. 6. c. 4. num. 27. Jac. de S. G. de verb. qui quid. inv. n. 13. Bocer. d. inv. feud. d. c. 4. num. 32.* niſi dominus jus ſuum directum filio ſuo concedat, & vaſallum à juramento ſibi præſtito abſolvat *Vult. d. c. 7. lib. 1. d. feud. num 90.*

XLIIX. Non tamen Domino excommunicato *c. 1. in princ. h. fin. Lex. 28. F. 2. cap. penult. d. ſentent. excommun. Schneid. d. p. 5. n. 73. Zaſ. p. 7. n. 40. Jac. d. S. G. d. verb. qui quidem inv. n. 50. Schenck. ad d. c. un. in pr. n. 21. hic fin. lex. 28. F. 2. Gothofr. Ant. diſp. feud. 7. th. 8. lit. C.* nec hæretico juratur *c. excommunicamus. 13. §. ſi vero dominus. c. fin. X. d. hæretic. Schoner. d. diſp. 5. lib. 1. th. 181. Schrad. p. 6. c. 5. n. 16.*

XLIX.

XLIX. Sed & per procuratorem Domini hoc fide- atis juramentum recipi poteſt, *c.un.per qu.fiat inv.3.F. c. ea te. 22. X. d. jurej. Schrad. d.p.6.c.4.n.36.* Quemad- odum & hodie juramentum hoc vaſalli majores, vulgo e **Schrifft- und Cantzleyſaſſen** / coram principum ncellario & ordinariis conſiliariis: Minores vero va- lli & valvaſini, **die Ambtſaſſen** / coram officialibus di- ictuum aut parochiarum, quos nos *Schöſſeros* vocamus, æſtare ſolent.

L. At mortuo jam Domino, hæredibus & ſucceſ- oribus eiusdem fidelitas veniet præſtanda *c.1. in princ. quo mp. mil. inv. pet. deb. 22. F. 1. c. un. in pr. qu. fu. prim. cauſ. n. am. 24. c. un. in pr. d. capp. Corr. 40. F. 2. ubi FF. comm.* iamſi vaſallus Domino defuncto, ejusque ſucceſſoribus delitatem promiſerit *Bocer. d. inveſt. feud. c. 4. n. 27. & ſqq.*

LI. Si itaque dominium directum, aut feudum ominans, ad unum aliquem heredum, vel ex diviſione, el ex vigore cujusdam privilegii, conſuetudinis, aut alia uavis ratione pervenerit, ſoli ei jurandum eſſe patet *arg. omnes. in fin. ſi d. feud. def. cont. ſit. 26. F. 2. H. Piſt. lib. 2. 47. num. 29. Schenck. ad d. §. omnes. n. 10. Bocer. d. inv. ud. c. 4. num. 42. Roſenth. c. 6. concl. 38. num. 3. & 6. Schrad. p. 6. c. 1. n. 13. Schneid. p. 5. n. 15. & ſeq. arg. l. 1. §. 1. ff. d. aſ- gn. libert.*

LII. Quod ſi vero omnes rem feudalem indiui- am poſſideant, an omnibus atque ſingulis jurari debeat, ntricatæ certe & nodoſæ eſt quæſtionis? Nos uni omni- m nomine clientelare juramentum præſtandum eſſe, um *H. Piſt. d. q. 47 n. 24. & ſeqq. Vult. d. lib. 1. d. feud. c. 7. n. 94. verſ. has opiniones. Bocer. d. c. 4. num. 45.* aſſerimus *rg. c. firmiter. § præterea ducatus. d. prob. feud. al. per Frid.*

55. F. 2. l. cui fundus. 56. in fin. ff. d. cond. & dem. præſertim cum hanc ſententiam, tanquam communem in praxi ſervari teſtetur *Jac. d. S. Georg. verb. qui quidem inveſtiti. n. 28. verb. placet etiam.* & ſe obſervari vidiſſe ſcribit *Jul. Clar. §. feudum. q. 49. n. 11.* quemadmodum & de uſu & obſervantia Germaniæ atteſtatur *Zaſ. p. 7. n. 11. Roſenth. c. 6. concl. 38. n. 11. & in not. ſub lit. G. Gothofr. Ant. diſp. 8. th. 2. lit. A.*

LIII. Sed à quonam ille eligendus? Nos eligendi poteſtatem domini heredibus tribuimus *arg. l. ſtipulatio. 21. §. idem ait. 6. ff. d. nov. oper. nunc.* id quod cum jure Sax. *in c. 29.* Lehn-R. concordat, ibi: **Ob ſie ſich darum ſelbſten nicht vereinigen / von weme ſie ihr Gut empfahen wollen** *Clar. d. q. 49. n. 11. H. Piſt. d. loc. n. 26. Vult. d. loc. num. 95. Bocer. n. 45.* Quid? ſi Domini coheredes in uno eligendo conſentire vel nolint, aut non poſſint? Electio penes vaſallum erit, ut aut digniorem, ſi adſit, aut eo deficiente, ſeniorem eligat *arg. l. 3. §. 4. ff. ad SC. Silan. l. ult. ff. d. fid. inſtrum. l. cum. pater. 77. §. pater. 21. ff. d. leg. 2. H. Piſt. d. loc. n. 26. & 27.* Sed & Dominus ſuperior, vaſallo electionem repudiante, controverſiam hanc dirimat *arg. §. 1. verſ. ſin autem ipſi tutores. Inſt. d. Satisd. tut. l. ſi plures. 3. §. ſi non. 7. verſ. prætor igitur. ff. d. adm. & peric. tut.* Idque juri Sax. quoque convenit: **Das muß der oberſte Herr erſtlich entſcheiden / an welchen unter ihnen er ſie weiſen wollte** / *d. art. 29.* Lehn-R.

LIV. Jurat autem vaſallus fidelitatem contra omnem hominem, ut Feudiſta loquitur, *in c. 1. d. nov. form. fid. 7. F. 2.* adeo ut & contra fratrem, quatenus pietas & honeſtas inde non lædatur, jurare teneatur. *§. contra omnes. h. fin. lex. 28. F. 2. Andr. Kobl. p. 3. d. ſervit. feud. n. 29. Bocer. tract. d. jur. & commod. ſen. lib. 1. c. 4. n. 92. & ſeqq. arg. l. humani-*

mani-

'anitatis. 23. *C. d. excuſ. tut. & cur.* Non tamen contra ·ipſum, cum quia ordinata charitas incipit à ſe ipſa *arg. l.* ·aſes. 6. *C. d. ſerv. & aq.* tum etiam, quia in generali con- :ntione excipitur perſona loquentis *l. 30 in fin. ff. locat.* *d. in l. 29. §. fin. ff. d. pign. & hypoth. & l. 18. C. d. ſolut.* *nsb. p. 11. n. 41. Zaſ. p. 7. n. 34. Schneid. d. p. 5. n 87. Vult. lib. 1. c. 10. n. 28. Bocer. d. tr. d. jur. & com. ſen. lib. 1. c. 4. n.* *. & ſeqq.*

LV. An vero contra uxorem ſuam, ex dubiis quo- ıe quæſtio eſt? Hic pro uxore, cum uxor & maritus per)nnubium efficiantur una caro *Geneſ. II. Matth. XIX. &* *c. Martinus d. cognat. ſpirit.* pugnandum arbitramur *arg.* *. Inſt. d. patr. pot. l. 1. ff. d. rit. nupt. l. 22. §. fin. C. d. furt. l.* *§. vir quoque C. d. repud. c. quanto. 18. ext. d. jurej. Roſenth.* *8 concl. 14. n. ult. & c. 10. concl. 2. n. 2. ibidemque Dd. alleg.* *nsb. p. 12. num. 60. Zaſ p. 10. n 57. Vult. lib. 1. c. 11. num. 24.* *brad p. 9. c. 7. n. 176. Bocer. d. c. 4. n. 102. & ſeq.*

LVI. Sed hoc loco celebris illa, verum dubia ad- odum, ſatisque ſcrupuloſa nobis ſeſe offert quæſtio : ı etiam vaſallus contra patrem ſuum fidelitatem jurare ıeatur? Cujacii emendationem non admittentes, tex- mque *28. F. 2.* cum grano ſalis accipientes, adſerimus, :enus vaſallum domino contra patrem ſuum obligari, atenus pietas & honeſtas non lædatur, puta ſi pater ad triam delendam venerit, vel religionem oppugnaverit *. l. minime. 35. ff. d. relig. & ſumpt. funer. c. quinta vallis.* *. d. jurej. Schenck. ad d. §. contra omnes. h. fin. lex. 28. F.* *Sonsb. p.* 11. *n. 36. & ſeqq. & p. 12. n. 7. Zaſ. p. 7. num. 30. &* *q. Weſenb. d. feud. c. 9. n.* 11. *Roſenth. d. c. 8. concl.* 14. *n.* *Schrad. p. 6. c. 5. n. 12. & ſeq. Bocer. d. jur. & com. ſen. lib.*

 1. c. 4.

1. c. 4. n. 67. & ſeqq. & d. inv. feud. c. 4. n. 36. & ſeqq. Fac. l. 7. §. 16. ff. d. pact. l. 5. C. d. LL. l. 112. §. fin. ff. d. leg. 1.

LVII. Ante omnia vero excipitur Imp. vel Rex Roman. ſive ſuperior, ut & patria propria patriæque parens, & magiſtratus loci aut domicilii, vaſalli ordinarius, cujus nempe ſubditus eſt, ſi non expreſſe, certe tamen tacite *c. 1. d. nov. form. fid. 7. c. 1. §. fin. d. prob. feud. alien. per Frid. 55. F. 2. c. 1. §. fin. 25. eod. d. l. minime. ff. d. relig. & ſumpt. fun. l. veluti. ff. d. J. & J. l. 19. §. 7. ff. d. capt. & poſtlim. reverſ. Jac. d. S. G. verb. & promiſerunt. n. 13. Sonsb. p. 12. n. 6. Laurent. Sylv. d. feud. recogn. q. 109. n. 17. Vult. d. lib. 1. c. 10. num. 31. Schrad. d. feud. p. 6. c. 5. n. 6. Schneid. p. 5. n. 82.*

LVIII. Sic & antiquior Dominus excipitur, teſte Feudiſta *§. contra omnes. 28. F. 2. Jac. d. S. G. d. loc. Hartm. Piſt. d. q. 47. n. 35. Zaſ. p. 7. n. 22. Schrad. d. loc. num. 7. Rittersh. in P. F. lib. 2. q. 24. c. 1. Kobl. p. 3. n. 38.* in tantum, ut vaſallus neque per ſe, neque per ſubſtitutum poſteriorem dominum, adverſus antiquiorem, jure juvare poſſit *d. §. ult. 28. F. 2. Roſentb. d. c. 8. concl. 16. n. 5. & ſeq.*

LIX. Circa hoc difficilis & ardua ſuboritur quæſtio, utri ex duobus de principatu, aut territoriis, vel directo feudi dominio, contendentibus, vaſallus fidelitatem facere debeat? Quanquam in dubio pro poſſeſſore præſumatur *Gl. in c. nulli dubium. q. 5.* & in pari cauſa potior habeatur *l. 128. ff. d. R. J. §. 4. verſ. commodum. Inſt. d. interd. Schoner. lib. 1. diſp. feud. 5. th.* 179. adeoque hoc intuitu poſſidenti fidelitas videatur præſtanda: attamen rebus ita ſtantibus, neutri horum eam præſtandam, quin potius donec ſuper principali negotio cognitum, & uni dominium adjudicatum fuerit, cum certa proteſtatione, & ſalvo cujusque jure, differendam, tutius, melius & conſultius

ſultius judicamus cum *Sonsb. d. feud. p. 11. n. 22. verſ. fallit quinto. Zaſ. d. feud. p. 7. n. 7.* ubi & ſe iſtum caſum in terminis habuiſſe ſubjungit *arg. c. ſi vero. d. jur. patron. l. ordinata. 24. §. ſed ſi quas. 3. ff. d. liber. cauſ.* Et vel maxime, cum juramentis temere tanquam teſſeris ludi non debeat *arg. c. etſi Chriſtus. ext. d. jurejur.*

LX. Formam Fidelitatis præſtandæ quod attinet, ante omnia videndum, quidnam circa eam inter dominum & vaſallum conventum fuerit, cui etiam, niſi pietatem lædat, aut bonis moribus, ſive juris prohibitioni repugnet, omnino ſtandum *l. juris gentium. 7. §. ait prætor. ff. d. pact. l. filius qui 15. ff. d. condit. inſtit. l. pacta. 6. C. d. pact. l. ſemper. 34. ff. d. R. J.*

LXI. Quod ſi inter eos nihil conventum, tum an ſuo, an vero alieno nomine quis juret, videndum. Neque enim juramenti procuratorii forma eſt una & eadem: Etenim ſyndicus, aut adminiſtratores civitatum & univerſitatum, ſiquidem ipſi feuda adminiſtrant, non tantum in propriam ſuam, ſed una etiam in ſingulorum de univerſitate animam jurare tenentur *arg. c. in pertractandis. 3. circa fin. d. juram. calumn.* Singularum etiam perſonarum procuratores, non in propriam, ſed ſui principalis, ejusdemque vaſalli duntaxat animam jurare ſolent *Clem. un. verſ. dictus namque Henricus. ext. d. jurej. Gl. in c. tibi Domino. 33. verb. jurare facio diſt. 63.* ubi hujus juramenti formula traditur; Et refert *Schneid. p. 5. c. 1. n. 89. ſeqq.* hiſce verbis: **Ich N. N. als gevollmächtigter Gewaltträger des N. N. ſchwere und gelobe / in N. N. Gewiſſen und Seele / GOtt dem Allmächtigen / und dem N. N. von den Schlöſſern und Stadt N. und N. und ihren Zugehörungen / als welche von N. N. zu Lehn rühren / getreu /**

treu/gehorſam/ und gewärtig zu ſeyn/ zu thun und zu dienen/ als ſolches Lehn Recht und Gewohnheit iſt/ und einem getreuen Lehnmann zuſtehet/ als mir GOtt helffe und ſein Göttliches Wort.

LXII. Alias forma eſt vel juratæ, vel non-juratæ ſive ſimplicis fidelitatis. Et hæc iterum eſt vel generalis vel ſpecialis. Generalis in eo conſiſtit, ut quis Domino ſuo fidelis ſit, ſicut debet eſſe vaſallus *c. un. qual. jur. deb. vaſ.* 5. *F.* 2. *c. un. d. nov. form. fidel.* 7. *F. eod.* Specialis eſt, in qua ea, quæ in præcedenti forma generalibus verbis continentur, in ſpecie ad certa referuntur capita, nempe ad incolume, ad tutum, ad honeſtum, ad facile, & ad poſſibile *c. un. d. form. fid.* 6. *F.* 2. quæ capita *à Dd.* ſatis explicantur *Schrad. tract. feud. p.* 6. *c.* 6. *per tot. Vult. d. feud. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 40. *& c.* 10. *n.* 2.

LXIII. Illius, juratæ ſcilicet fidelitatis, forma ſimiliter eſt vel generalis, vel ſpecialis. Generalem dicimus, qua in genere, tactis SS. Evangeliis domino vaſallus jurat, quod illi fidelis eſſe velit, ſicut vaſallus erga dominum ſuum eſſe debet *d. c. un. qual. jur. deb.* generaliter tamen præſtito fidelitatis juramento, omnia ea, quæ in veteri & nova fidelitatis forma ſcripta ſunt, cenſentur expreſſa, & jurans ad ea ſe obligaſſe cenſetur *Obrecht. diſput. feud.* 9. *theſ.* 140.

LXIV. Specialis eſt *vel juris communis feudorum*, quo triplex reperitur juramenti fidelitatis forma, una in *c. un qual. jur. deb. vaſ.* 5. *& reliquæ duæ in* 2. *ſeqq. tit. d. form. fid. & d. nov form. fid.* 6 *&* 7. *F.* 2. quibus formis vaſallus tactis SS. Evangeliis, ea ſe ſervaturum jurat, quæ in ſpecie hiſce formis comprehenduntur. Atque hæc eſt ſolennis juramenti Clientelaris forma, olim uſitata, & à compilato-

latoribus in libris noſtris Feudorum propoſita: *Vel conſuetudinis*, quæ pro ſtylo cujusque curiæ domini, vel regionis aut loci concipi ſolet, & præferenda eſt juris feudarii comm. formulæ, ſi diverſa ſit ab ea, *Schenck. ad d. c. un. d. c. un. d. nov. form. fid. n. 6. Intrigliol. q. feud. 56. num. 187. & 287.* Hodie vernacula, teſte *Schneid. d. p. 5. c. 1. num. 79. Bocer. d. inv. c. 4. n. 20.* hiſce circiter verbis jurari ſolet: Ich ſchwere dem N. N. ſeiner Gn. und Deroſelben Leibes-Lehns-Erben / auch Dero Fürſtenthum und Landen / oder Graf- und Herrſchafften / Frommen / Ehr und Nutz zu fördern / Schaden zu wenden / und warnen / nach meinem höchſten Vermögen / und ſonderlich / wo ich erführe / daß Ihrer Gn. etwas an Leib / Ehr / Würden und Stande / und zuentgegen Ihrer Herrſchafften / Landen und Leuten zu Abbrechung / von jemand wollte vorgenommen werden / daſſelbe Sr. Gnaden zu offenbahren / und mit höchſtem Fleiß zu verhüten / auch ſonſt getreu / gehorſam und gewärtig zu ſeyn / zu dienen / und alles andere zu thun / halten und laſſen / was einen frommen / getreuen Lehnmann / gegen ſeinen Lehnherrn / nach Gewohnheit und Rechts wegen / zu thun gebühret / als mir GOtt helffe / und ſein Göttliches Wort.

LXV. Ubi notandum, quod fidelitas, forma antiquitus recepta, præſtanda ſit, nec mutatam vaſallus jurare teneatur *Borch. c. 7. n. 39. Intrigl. q. 56. n. 188. Vult. d. lib. 1. c. 7. n. 40. verſ. debet autem juram.* adeo ut vi & metu, aut per impreſſionem extortum præſumatur juramentum, ſi contra formam antiquitus receptam & uſitatam, ſit præſtitum, *Schrad. d. p. 6. c. 4. n. 43. Vult. d. c. 7. n. 40. verſ. hinc vulgo.* Quapropter juramentum vi & metu præ-

 ſtitum,

ſitum, uti non eſt obligatorium in aliis, ita nec juranti nocuum eſſe poteſt. *Cl. Dn. Knich. d. ſubl. & reg. terr. jur. c. 3. n. 256.*

LXVI. Denique, ſi vaſallus ea, quæ fidelitatis juramento promiſit, doloſe neglexerit, in pœnam incidet, quæ regulariter eſt privatio feudi *c. un. qu. fuit prim. cauſ. ben. am. 24. F. 2.* Qua de re alibi actum.

LXVII. Ubi hanc ſubjicere placet quaeſtionem: An vaſallus juſto & legitimo tempore fidelitatem non offerens, feudo ipſo jure, ſine ulla alia domini declaratione; an vero nonniſi voluntate Domini, & ſententia demum judicis declaratoria præambula, privetur? Poſterius affirmandum cenſemus *arg. c. un. d. feud. ſin. culp. non amitt. 21. c. 1. §. ſancimus quo temp. mil. inveſt. pet. deb. 22. F. 2. c. imperialem. § præterea. d. prob. feud. al. per. Frid. 55. F. 2.*

LXVIII. Ubi notandum, ſi vaſallus, à Domino propter feloniam commiſſam conveniatur, quod præter alias excuſationis cauſas, de quibus ante actum, ei quoque competat exceptio remiſſionis, quod ſcilicet Dominum ſibi feloniam & culpam hanc pœnamque inde promanantem, vel expreſſe, vel tacite remiſiſſe prætendat, & probet, ſicque ab actione amiſſi feudi dominum excludat. Qua de re pluribus *Herm. Vultej. d. lib. 1. d. feud. c. 11. n. 11. & ſeqq. & alii.* Et tantum pro ratione inſtituti noſtri.

COROLLARIA.

I.

Vter ex duobus Regis filiis præferatur in regno, isne qui ante adeptum à patre regnum ſuſceptus, an qui poſtea

natus

iatus eſt? Nos in illuſtri hac, eaque nodoſa atque intrica-
ı quæſtione, urgentibus legum textt. adducti, primoge-
ito primas damus, cum *Cl. JC. Dn. Val. Guilielm. Forſter.*
æcept. meo æternum honorando, part. 1. tract. Juſtin. diſp. 2.
. 7. per l. ſenatoris. 5. ff. d. ſenat. l. 2. §. in filiis. 2. ff. d. decur.
noris. 9. §. ſed utrum. 14. ff. d. pæn. l. ſenator. 11. C. dignit.
rſter. d. ſucceſſ. ab inteſt. lib. 4. c. ult. n. 36. & ſeqq. Matth.
eph. d. juriſd. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 38. Hottom. illuſt. quæſt. 2.

II. An Dominus molendini ſubditos ſuos cogere
oſſit, ut eo molendino, & non alio utantur? Nobis tam
ri, quam rationibus, tum etiam æquitati convenientior
detur Negantium opinio: quia molendino uti, æque à
itura eſt privilegiatum, actusque voluntarius & meræ
cultatis, atque emtio-venditio, aliique contractus.
m vero ea, quæ ſunt liberæ voluntatis, prohibitionibus
on poſſunt aſtringi. *Scabin. Lipſ. lib. 1. quæſt. reſolut. q. 125.*
4. neque non utendo, amittuntur *l. 2. ff. d. via publ. Geil.*
. 2. obſ. 18. n. 4. Hænon. diſp. Inſt. 6. th. 14. rat. 2. & diſput.
11. th. 8. Vid. Borch. d. regál. n. 33. & ſeqq. Rauchbar. lib. 2.
. jur. civ. & Sax. q. 27. n. 36. & lib. 1. q. 27. ubi n. 1. inquit:
ud quidem omni dubitatione caret, ſubditos, ut man-
tis iſtiusmodi pareant, & morem gerant, niſi prohibi-
mi olim factæ, per 30. annorum ſpacium acquieverint,
e compelli & cogi non poſſe, ibique Dd. ad cumulum
egat. Quæ prohibitio cum in facto conſiſtat, non
æſumitur *Rauchb. d. lib. 2. q. 27. n. 37. Weſenb. conſ. 67. n.*
p. 2. Vid. conſultat. conſtit. Sax. part. 5. caſ. 6. ubi habetur:
ieweil Mühlen eben ſo wol eine natürliche Freyheit
ı ſich hat / und actus meræ facultatis iſt / als kauffen
ıd verkauffen / ſo halten die Rechte für unbillig / daß
Obrigkeit die Unterthanen zwinge / auf ihren Müh-

len zu mahlen: dann daraus entſtehet den Unterthanen allerley Unrath / entweder ſie müſſen andere Mühlen, die ihnen beſſer und näher gelegen / darzu auch beſſer kan gefahren werden / dann zu des Herrn Mühlen / verlaſſen / oder ſie müſſen ſich durch der Herrſchafft Müller beſtehlen laſſen / und haben ſolches / wie in andern Mühlen, nicht zu ändern, oder wann ſie mit Hauffen ihr Korn darinn haben / können ſie / wann es ihnen Noth iſt / nicht gefertiget werden, und hierauf haben wir bißhero geſprochen &c. conſent. *Scabin. Lipſ. in quæſt. reſol. lib. 1. q. 58. & q. 124. Item conſultat. conſtit. Saxon. part. 5. q. 5. Schneid. in epit. feud. part. 2. n. 53. Jacob. d. S. Georg. verb. & cum molendinis. num. 4.*

SOLI DEO GLORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE